

sed etiam uerborum elegantiā, si iurgant inquit beneuolorum  
concertatio, non lis inimicorum iurgum dicitur. idem. Iurgare  
ergo lex putat inter se uianos non litigare. Ab hoc fit iurgio-  
sus, hoc est contentiosus. contumeliosus. Gellius. Mulier morosa  
admodum, & iurgiosa. Et obiurgo, actuum. & obiurgor de-  
ponens, quod significat arguo. reprehendo. A quo obiurgator, re-  
prehensor. & foeminum obiurgatrix. & obiurgatio, hoc est  
reprehensio deriuantur. Item à iure iuro, quod proprie est pro-  
mitto me adhibitis etiam testibus ita seruaturum, ac si ius esset.  
A quo fit iuramentum, quod & ius iurandum dicitur. Laberius.  
Quod est ius iurandum? Emplastrum aeris alieni. & adue-  
ro, quod fere semper negatice ponitur. Terentius. Adiurat se  
non posse apud nos absente Pamphilo durare. interdum ta-  
men adiurare est in cantationibus quibusdam demones alli-  
re, quod greci dicunt ἐξομιλεῖν hoc est exorcizare. à quo  
ipsa adiuratio, exorcizatio, sive exorcismus dicitur, & qui hu-  
iusemodi artibus utiuntur à iuris consultis dicuntur exorcizato-  
res. & abiuro rem creditam cum iuramento nego. et apud me  
retineo. Virgilius, Abiuratio, & rapinae cælo ostenduntur. Ab  
ijs adiuratio, & abiuratio deducuntur. & coniuro, quod pro-  
prie est conspiro, id est in alii perniciem iuro. à quo coniu-  
ratio, hoc est conspiratio. Capiuntur tamen aliquando conspi-  
ro, & coniuro in bonam partem, sed peccato. Cicero pro Ligatu-  
rio fratribus confirationem dixit, quasi unanimitatem. Horati-  
us, Et coniurat amici. item deiero, quod est sancte & uehemen-  
ter iuro. A quo deierator. deieratrix. deieratio. et peierato, quod  
est iuramentum infringi, uel contra iuramentum facio, uel an-  
imo fallendi iuro. A quo peierator. peieratrix. peieratio. & per  
iurus. A quo per iurium, qui uiolauit iuramentum, & iuffauio  
latio. & de iuris, qui sancte & uehementer iurauit. à quo deiu-  
rium, sanctum ius iurandum. Gelli. Och ad hostes redire uo-  
luerunt, quod de iurio uicti forent. duo reliqui Romæ man-  
serunt. iurati dicuntur, qui iurauerunt. sicut iurati, qui non  
iurauerunt. & coniurati, qui confirationem fecerunt. item  
præiuro, ante alios iuro. A quo præiurator dicitur. & præi-  
ratio, quam yfacere dicuntur, qui ante alios conceptis uerbis iu-  
rant, post quos in eadem uerba iurantes tantummodo dicunt,  
idem in me. & ex iuro, quod est deiero. Plau. Ex iurasti mihi  
te dixisse per iocum. item iuro, quod significat, id quod desyde-  
ratur, non posse præstari. idem. Eurauit militiam. Ab hoc fit  
e iuratio. item à iure iustitium, quasi iuri statio, & iuridicus,  
& iurisdictio, de quibus supra diximus. item iudicio. à quo iu-  
des iudicium. iudicibus. Ad iudicō. dījudicō, iudicata res. præ-  
iudicō. præindicūm. iudicationem. Ab iudicō, de quibus similiter  
superius disserimus. Quidam non à iubendo ius dictum exi-  
stimat, sed per immutationem unus liter. à ius, cum ius ni-  
hil aliud sit, quam ius, hoc est uoluntas poterioris. Quia propter  
quidam leges aranearum telis similes esse dixerunt, que mu-  
scas quidem capiunt, à maioribus uero animalibus in fringi-  
tur. iustitiae imaginem ita pingere ueteres cosuevere, effigie uir-  
ginali. asperitu uehementi, & formidabili. luminebus oculo-  
rum atrocibus, neque humili, neque aspera, sed uerecunda  
ciusdam tristitiae dignitate. ex quo intelligi uoluerunt cum,  
qui iustitiae præest oportere esse grauem sanctum. seuerum.  
incorruptum. inadulabilem. aduersus improbos, atque nocen-  
tes immisericordem, atque inexorabilem erectum. arduum.  
potentem, ui & malestate, & quietus, ueritatisq; terrificum.

INGENIVM. Naturam, ut supra diximus. MITI  
V S. Lenius. suauius. minus asperum. Miti proprie dicitur  
lenis. clemens. mansuetus. cuius contrarium est immutis, hoc est  
asper. saeuus. crudelis. Hinc per metaphoram mutis aliquando  
pro tranquillo accepitur, & immutis pro procelloso, atque in-

quieto. Virgil. Mitis ut in morem stagni, placidæq; paludis.  
Apuleius. Erat enim turbidum, atque immite pelagus. item mi-  
tis pro maturo. & immutis pro immaturo. Virgil. sunt nobis  
mutia poma, Castaneæ molles, & pressi copia lacticis. Plynus,  
immutia adhuc, & cruda poma. A mutis fit mites uerbum,  
quod modo mansuetus significat. idem. Ut feræ domi educatæ  
mitescunt. modo tranquillor. Apule. Conflatescunt fluctus,  
mare mitescit. Nonnunquam maturesco. Plynus. Reliquorum  
potorum uelocitas citu mitescentium transuolat. item mito,  
placo, quasi mitem ago.

**D E V R S O R E T E I M P L I C I T O .**  
**EPIGRAMMA. XI.**

**P**RAECEPS SANGVINEA. Blandi-  
tier Domitiano de ursi, qui cum per arenam  
furibundas curreret, retibus irretitus, ad sim-  
ilitudinem auium deprehensus est. DVM.  
Quando. Dum enim aliquando aduerbum  
temporis est. & pro quando accepitur. Virgil. Multa quoq; &  
bello passus dum conderet urbē, hoc est quando condiebat Tro-  
iam, quam Aeneas, ut primum in Italiam uenit & dificauit, dum  
enim hoc faceret, ob uulneratum regiū ceruum, commota sunt  
bella. Aliquando pro donec, ut hoc ipso loco, si per urbem Lau-  
rolauinum intelligamus. tā diu enī dimicauit, donec ad tem-  
pus facienda cuitatis ueniret. Nonnunquam pro dummodo, ut  
in eodem uersu, si per urbem accepiamus Romanum, ut sit sensus,  
multa passus, dummodo conderet urbem. Quod si cum præ-  
rito subiunctiu iungatur, significat postquam. Martial. Audie-  
ris dum grande sōphos, hoc est postquam audieris. A dum fit  
dummodo. dumtaxat, quod significat solummodo. Nōdum. et  
necedum, pro non adhuc. Aliquando etiam expletua coniunc-  
tio est, ut agendum. aedes dum. P R A E C E P S . Festinus. fur-  
bundus. & sine consideratione proueniens. Præceps à præ et et  
pio componitur, significat q; proprie eum, qui sine consideratio-  
ne aliqua, aut modo, quid agit, & quasi rē præoccupat. Unde  
pronimus festino ponit solet. Virgil. Præcipites atra ceu tempe-  
state columbe. Capitur etiam pro loco alto, unde quis se præci-  
pit dare facile possit. idē. Turrim in præcipit stantē. Hinc  
fit præcipito, quod est in præceps deicio. Aliquando etiam in-  
considerate ago. A quo præcipitu, locus præruptus, unde præ-  
cipitari scire potest. & ipsa præcipitatio & præcipitanter ad  
uerbum, quod significat temere inconsiderate. R O T A T .  
vertit. Tractum à rota, quam græc. τροχὸς, hoc est tro-  
chum uocant. Rota autem à rotunditate dicitur. Cuius dimen-  
suum est rotula. Rotundum enim dicimus, quod collectum, &  
per omnem circuitum leue est sine offensione asperi anguli.  
Transfertur aliquando ad anūnum, & pro collecto, ac concan-  
no accepitur. Gelli. Crispum sane agmen orationis, rotundūq;  
ac modulo ipsō numerorum uenuustum. Cic. Theodectes autem  
præfator, nec satis, ut ita dicam, rotundus primus instituit dilata-  
re uerbis. A quo fit aduerbum rotunde, hoc est collecte. ele-  
ganter. concine. Idem. Accedunt uerba apte, & rotunde di-  
sposita. Rotundum autem, quasi rotundum dictum est, à retor-  
endo, quod omnis undiq; retensa, & ueluti detornata sit asper-  
itas. habet enim quod rotundū est, unicam superficiem, in qua  
nec principium notari potest, nec finis. Rotundam Romæ uete-  
res faciebant edem vestae ad pileæ similitudinem, quod  
eam credebant terram esse, quam esse rotundam manife-  
stem est. Alij rotundum à radendo deductum putant, quod  
circunrasum atq; ex politum sit. Radere enim complanare est.  
Unde radium dictum putant, quo mensurae raduntur, qd &

Præcepit sanguinea dum se rotat ursus arena, Splendida iam tecto cesserent venabula ferro, Deprendat vacuo venator in aere pueram,  
Impluitus uero perdidit ille fugam. Nec uoleat excusa lacea torta manu. Si captare feras autupis arte placet.

662

662

Hos torum ab æquando dicitur, ut supra declarauimus, et nafores fiducianes, qui uidentur chordas i[n]tra radere. Et rurum similiter à radendo. Cuius diminutivum est rutellum. Lucilius. Frumentarius est, modum hic secum, atque rutellum unum effert. A rado composita sunt circumrado. obrado. derado. erado. corradò note significationis. Corrasisse patrimonium dicitur, siue corrasisse hereditatem, qui omnem substantiam cōsumpsit, et domum rasam, hoc est omni re uacuam, atq[ue] ex poliacem reliqui. Radstrum quoq[ue] à radendo terram appellatum putane. item radicem. Radices enim se penumero effossa parumper terra raduntur. ut arbores melius frutescant. A radix radicem deducitur, quod est radicem facio, quod et radicem capio dicuntur. Plynii. Cum pali desixi radices, expessent. et era di, cuello. et uiuit radix, de qua superius diximus. Et radicula diminutivum, et radicatio, atq[ue] eradicatio. Et radiculus aduerbum, hoc est à radice. Et per metaphoram ponitur pro eo, quod est prorsus omnino. Radicula etiam per se herba vocatur, succum habens lauandis lanis commodi simum, multum conferens andore, mollicitaque. Trans euphratem laudatissima, caule ferulaceo. tenue, et ipsis cibi indignantum expedito, in genitiq[ue] quicquid sit cum quo deoquatur, folio oleo. Struthio graec uocant. floret aestate. grata aspectu. ueru sine odore spinosa, et caule lamigino. semine caret. radicem habet magnam, que conadetur ad cum, quem diximus usum. Vulgo etiam radicem rhaphanum uocant, sed hoc apud doctos non inuenitur. Cortica, et cartilagine constat rhaphani. uis mira his est colligendi spiritum, laxandiq[ue] ructum. Ob id cibus illiberalis, ut q[ui] si proxime olis mandatur. Si uero cum olinis, rarior ructus fit, minusq[ue] foetidus. in Aegypto mire celebratur propter olei fertilitatem, q[ui] de semine eius faciebant. plurimi ex eo questru, quam ex frumento, et minus tributier at nullumq[ue] copiosius oleum. Plura rhaphanorum genera ueteres facebant. algidense à loco longum, atq[ue] translucidum. Syriacum rapise re figura suuissimum, ac ienerrimum. item sylvestre, quod grecachieram uocant. pontica armon. alijs leuen. Nostris armis fronde copiosius, quam corpore. Seri uult rhaphanus ter soluta, humida, simum odit, palea contentus, frigore adeo gaudet, ut in germania a infantium puerorum magnitudinem aquet. Aristomachus de rabi folia per hyemem subet, et ne lacuna stagnent, accumulare, ita in aestate grandescere. Successores præcordiis necessarium tradunt, quando phthisis cordis in inherentem non alio potuisse depelli compertum sit. in Aegypto, ubi iussu regum corpora mortuorum ad seruandos morbos securant. in templo Apollinis delphis adeo ceteris abz prelati est rhaphanus, ut ex auro rhaphanus ducereur. Beta ex argento, Rapum ex plumblo. Scriptit Mochion grecus auctor de rhaphano unum uolumen, utilissimum in cibis hiberno tempore existimantur, atterunt tamen dentes, unde et ad polienda ebora eis uentur. odium habent cum uite maximu. Refugit hec iuxta scotos. Rhaphanus decotti mane poti ad ternos cyathos communuant, et ejacuent calculos. In poset cothi contra serpentum morsus illinuntur. Ad tussim mane ieiunis profundit cum melle. Semen eorum tostum, ac commanducatum ad lagoponos confert, hoc est ad ilium dolorem. quippe eam corporis partem alijs lagaron, alijs hypocondrion uocant. Ponon labore, doloremq[ue], qui hunc morbum patientur, ducuntur ilios. Succus rhaphanorum bynis cyathis contra flegmen sumitur. Sic enim uocatur inflammatio, quoties sanguis ualis, et mediocriter crassus fertur subitus in aliquam corporis partem, et pro sua copia figitur. Nicander poeta contra funerum uenena salutares esse rhaphanos scribit. Hippocrates. Capillos mulierum defluos, si frumentum rhaphano cohiberi, et

cicatricem ad colorem reduci affirmat. Semen ex aqua imponsum sifit phagedenas, sic enim à rō tō φάγεται, hoc est ab edendo uocantur ulceræ, et penetrando usq[ue] ad ossa corpus uarent, uulnus in æquale est, exco simile, inestq[ue] multis humor glutinosus, odor intollerabilis, maiorq[ue]; quam pro medo ulceris inflammatio. Denocritus uenerem rhaphani cibo stimulari putat, ob id aliqui nocere uocia prodiderunt. item à rado ramentum, quod significat tenuem cuiusq[ue] rei particulam, et quasi rasuram. Unde ramenta auri ramente argenti. lignorum. Et ceterarum rerum dicimus. item ramus, quasi rarus. à quo ramale eiusdem significationis. Persius. Et ramale uetus. Et ramusculus, parvus ramus. Et ramex hernia à similitudine descendens ramu. Et racenus pars botrionis, siue potius ipse botrion, qui et botrys more graeco, et botrus, hoc est integer uice racenus. item à rado rastrum, instrumentum rusticum, quod terram radat. à quo diminutivum fit rastulum. Rhamnis cuius uox cognata bis uidetur esse, urbs est eu boiae, in qua fortuna religiosissime celebatur, ob id fortuna Rhamnusia à poetis appellatur. Ouid. Exiget et dignas ultrix rhamnusia penas. Ramnetes proprium uiri nomen fuit. Ramus graeci uoce, spina dicitur, de qua mox dicimus. Spina modo sentem hoc est arborem spinas ferentem significat. modo aculeum, qui in sentibus nascitur. à quorum similitudine spine piscium dicuntur, et serpentum, quamvis aliqui pisces ossa non spinas habeant. ut Delphini. Spina etiam in dorso hominis dicitur, et aliorum animalium. Spinorum, hoc est arborum spinas ferentium multa genera sunt. Spina Syria maxime celebratur, præsertim nigra, quoniam incorrupta etiam in aqua durat ob id utilissima nauium costis. Aculeum habet et in folijs, semen in siliquis, quo coria perficiuntur gallæ uice flos eius, et coronis iuandus, et medicamentis utilis. Manat ex ea et gummi, sed præcipua utilitas, quod et sa tertio anno resurgit. Non dissimilis huic et prunus Aegyptia est, pomo mespili, maturescens bruma, nec folia dimittens, lignum in pomo grande, sed corpus ipsum natura, copiaq[ue] messium in star incolis est. Purgatum enim tradunt, seruantq[ue] eius ossas. Nascuntur et circa memphim spinarum arbores tantæ magnitudinis, ut terni neque ante circumplecti unam, ponum in usu non est, folia habent seu pennas, que tales a homine ramis statim cadunt, postea renascentur. Palliurus inter spinas numeratur, siliquam fert, in quaterna, aut quaterna semina gigant, quibus medici contra tussim concisis utuntur. habent enim lentiam quandam, atque pinguedinem, ut semen lini. Nascitur locis dilutis, folijs deciduus est. Palliuri semen Africu uocant, contra scorpiones efficacissimum. Et mespilus spina est, siquidem et in spina alba infertur. Tria eius genera anthedon. setaria. et gallica. Setaria fructum fert grandiore, candidiore, acinosq[ue] ligno molliori. Anthedoni ponum minus ceterus, sed odore praefiantur, et quod diutius seruetur. Flos amygdalæ omnibus, folium magna ex parte sessum, quod ante, quam decidat, rubescit uelutenter. Non sicut haec arbor in Italia Catonis aeo. Spina est et malum punicum, de quo alibi diximus. Tragon, siue scorpionem fert Asia, spinam sine folijs, ramis rubentibus ad medicinæ usum. Spina babylonis est, sicut uiscum in arboribus, sed in spina tantum seruit, que Regia uocatur, et eadem die germinat, quod inieclum est. Condunt haec uina, et ideo seruitur. in oriente a cypri per solitudines nihil gigantur præter spinam, que sitiens uocatur. Rubi spinæ sunt uulgo notæ, mora producunt non modo animalium cibis, sed multis medicamentis commodissima. inter medicamenta, que stipticat, hoc est constypantia

uocant, nihil efficacius rubi mora ferentis radice decoctis in uino ad tertias partes, ut colluantur eo oris ulcera, & sedis foneantur, tantaq; uis est, ut spongæ ipsæ lapidescant. Genus rubi est, in quo rosa nascitur, gignit pilulam cestaneæ similem, præcipuo remedio calculosis. Et cyno rho-don, quasi canina rosa, quod contra canis rabidi mortuum uim maximam habeat. & cynosbaton, quem alijs cynospatton, alijs neurospaston uocant, folium habet usque hinc hominis simile fert & unam nigram, in cuius acino neruum habet, unde neruus passus dicitur. Cynosbaton tamen media etiam capparum uocant firmoris ligni fruticem, seminisq; & cibis uulgaris, cuius caulis quoque mandiner. Cynosbaton dicitur, quasi caninus rubus, quoniā ei rubo similis hic frutex est. Alij opheostaphylem nominant, hoc est serpentis uiam, quoniā in Arabia pestilens est. idēus rubus appellatur, quoniā in idā non alibi nascitur. Est tenerior, ac minor, rarioribus calamus, innocentioribusq; sub arborum umbra nascens. inter generā ruborum rhamnus appellatur candidior, & fructuosis. is floret ramos spargens rectis aculeis, non ut ceteri aduncis, folijs maioribus. Alterum genus eius est sylvestre, nigrius aliquatenus rubens, cuius radice decocta in aqua fit medicamentum, quod uocatur Lycum. Præstantius tamen ly-cum ex alio genere spina fit, quam pyx acanthon chironia uocant. Coquuntur in aqua tusi rami, radicesq; summæ amaritudinis æro uase per triduum. iterumq; exempto ligno, donec mellis crassitudo fiat. Spina alba uulgo nota est. Corona ex ea imposita capitis dolores fertur minuere. Oxyacanthos spina est multo minoribus folijs aculeatis per extremitates, ferens bacis rotundas, folijs ipsijs araneosa lanugine obdutis, qua collecta etiam uestes quædam bombycinis similes fiunt in oriente. Oxyacanthi bacæ contra serpentum iclusi buntur. Est & Acacia spina, cuius semen lenticulae simile, minor est tamen & grano, & folliculo. Colligitur autumno. spissatur sucus, sed folliculis aqua coelesti perfusis, mox in pilis rasis exprimitur organis, densatur in sole, mortarijs in pastillos. Ad coria perficienda semine pro galla utuntur. Vulgaris spina solius radix usus est ad coria tingenda. Per hispanias ramen multi ad odores, & unguenta utuntur, aspalatum uocantes cum aspalatu sit spina alba in oriente, magnitudine arboris modicæ, flore roseæ, cuius radix unguentis expeditur, quidā Erisi sceptrum uocant. Alij sceptrum Elisei, alijs ad ipsa cum, alijs dispacon, siue diacheron sanat ozenas. Sic enim uocatur uitium in naribus ex confluxu humoris acerrimi. Est & spina appendix, ita appellata, quoniā bacæ puniceo colore in ea instar racemis pendentes appendices uocantur. Spina etiam uepris dicitur, quod uehementer prehendat. Cuius diminutiuum est ueprecula. SANGVINEA. Sanguinolenta, sparsa cruore multarum ferarum. Sanguis quid significat, manifestum est. Maribus hic quam foemini nigror est, & in iuuentu magis quam senio. Qui multo sanguine, & pinguis abundant, iracundi sunt, magna in eo utilitas pars est. Emis-sus spiritum secum trahit, & tamen non sentit tractum. inter animalia, fortiora sunt, quibus sanguis crassior est. Sapientiora, quibus tenuior. timidiora, quibus nivularum. Quibus nullus hebetia. Taurorum celesterrime coit, ideo pestifer, ut supra diximus. A prorum. ceruorum. caprarum. et bubalorum omnium, non spissatur. Pinguisimus asinus. Homini tenuissimus est. Quæ plus quam quaternos habent pedes, carent sanguine. Obesi minus sanguinis habent, quoniā absunt pinguis. Profundum eius in naribus soli homini accedit, quibus dicitur inferna, multis per ora statuto tempore, ut uolusio saturnino omnibus annis, qui tanen nonagesimum uitæ annum excessit.

Animalia que certis temporibus latent, non habent tunc sanguinem, præter exiguae admodum guttas circa cor. Hominibus in metu refugit, in uercundia faciem petit, ideo timore pallescimus, rubescimus pudore. Morbi omnes mortisq; sanguinem absunt. Aliquando sanguis pro genere ponitur. Virgilius, An nympharum sanguinis una. Ab hoc sanguineus & sanguinolentus deducuntur, quæ modo ad corpus referuntur, significantq; plenum sanguine, ut hoc loco. Modo ad animalium, & pro crudeli, ac cruento accipiuntur. A puleus. immanni, ac sanguinea uoce pertterrit. V arro. itaq; propter amorem imperij magistratus gradatim seditionibus sanguinolentis urbem perturbauere. item sanguinarius, hoc est seuis. crudelis. Cicero. itaque grauem illam, ac sanguinariam uocem audiuitus. & sanguisuga, uermis, qui & hirudo dicitur. Horatus. Non missura cutem nisi plena crux hirudo. Quidam hanc ab haeren-do nomē traxisse existimant, quod animalium corporibus ha-reat. & ex angue, quod sine sanguine est. & sanguculus, sanguis hedi, siue suis in cibum formatus. Plynii. Vtuntur ad utrunque uitium. Et coagulo hedi: in uino myrtle magnitudine fabæ poto, et sanguine eiusdem in cibū formato, quem sanguiculū uocant. et consanguineus, q; sanguine mibi coniunctus est. A quo consanguinitas ipsa coniunctio et sanguinaria herba, q; sanguis eius infusus naribus supprimit sanguinem, polygeni græci uocant, uel à multitudine seminis, uel à frequentia geniculum. Quippe τοῦ multum significat, τὸς genitus, τὸν genu. folia ruta habet, parum à terra attollit, similis graminis. Alij calligonon nominant. Alij halmada. Nonnulli cariniothuri. Quidam dema. Multi myrtopetalon. et unum eius genus, quod in montibus nascatur oreon, harundinū tene-ræ simile, uno caule densis geniculis, & in se fractis. Est & aliud genus sylvestre appellatum penè arboris fructe. radice lignosa. rubicundum. ramis sparti. binum palmorum. vis omnium est spissare, ac refrigerare propter quod stomachi feruori folia imponuntur. & sanguen arbor, cuius cortex ad sanguis similitudinem rubet. A quo sanguineus. Plynii. Siquis duas uirgas sanguineas manu tulerit. item à sanguine secundum quosdam sanctio uerbum. Est enim proprie sanare, consecrare aliquid sub sanguine hostie. Unde sanctum dicitur, quasi san-guine consecratum. & sanctio proprie uocatur lex cum terrore poenæ. Alij tamen uolunt sanctum proprie dici quod ab iniuria hominum defensum, atque munatum est, tractumq; esse à sagittinibus herbis, quæ legitim populi Romani ferre solebat, ne quis eos uiolaret, quemadmodum legati græcorum ferebant ea, quæ ceratia uocantur. In municipijs muros sanctos esse Sabinus affirmat, nec licere eos resicare sine principi, uel præsidis autoritate, nec aliquid coniungere, uel supponere. Hinc sancte deductum, quod est firmare, munire, & quasi sanctum facere. Vlpianus Sanctum esse scribit, quod nec sacrum, nec profanum est, sed sanctione quadam confirmatum, ut sanctæ sunt leges, hoc est sanctione quadam subnixa. Hinc Virgilius, Sancta ad nos anima, atque istius in-scia culpe descendam. Sancta inquit, hoc est incorrupta. idem. Tuq; o sanctissima coniux felix morte tua. Sanctissima, hoc est castissima. interdum tamen sanctum pro sacro, & religioso ponitur. Idem. Ecce leui summo de ueritate iussus Iuli fundere lumen apex. & paulo post. Nos pauidi trepidare metu, crinemq; flagrantem Excutere, & sanctus restinguere fontibus ignes. sanctos inquit, quasi diuinitus missos. Idem. Tuq; o sanctissima uates Praescia uenturi. Sanctissimam uocauit, quia & uates, & deo plena erat. Ab hoc fit sanctificatio uerbum, à quo sanctificator. sanctificatrix. sanctificatio. item sanctitas. sanctitudo. sanctimonia eiusdem significationis.

Et sancte aduerbium. A quo persancte. Plautus, idq; persancte iurauit se facturum. Et sanctuarium, sacer locus, templo-sacrarium. Sacrum uero (ut Trebatius refert) dicitur omne, quod deorum habetur. Hinc Virgilius, quoties sacrum nomenat, additionem ferè deorum facit. Sacra Dioneæ matri, duisq; ferebam. idem. sacra Ioui Stygio, quæ recte incepta parabam. idem. Tibi erim, tibi maxima Iuno, Mactat sacra ferebant. Hinc sacra mons trans aniem fluminum ultra tertium milliarum appellatur, quia Ioui fuerat consecratus. Et sacra uia in urbe Roma uocata est, quod in ea fœdus ictum sit inter Romulum, & Tatium. Et sacramentum uocabant mustum, quod libero patri sacrificabant pro uineis, & uasis, & ipso uino coferuandis, sicut præmetum de spicis, quas primo metendo colligissent, Cereri sacrificabant. et sacrosanctum, quo iureuran do interposito erat institutum, ut qui uiolasset, morte poenas pederet. Et sacramentum, quod iuris iurandi sacratione interposi-  
te geritur. Unde sacramentum militare appellatum. item sacramentum es, quod poenæ causa penditur. Et sacrificio, quod à lito ita distinguitur, ut sacrificare, sit ueniam petere. Litare uero propitiare, & uotum impetrare. Plautus. Si hercle istuc unquam factum est, tum me Iupiter faciat, ut semper sacrificé. nunquam litem. Confunduntur haec tamen, & utrumque accipitur pro eo, quod est sacrum facere, & sacrificium regem factorum. Et sacro uerbum, quod est deo dedico, & sacrum facio. A quo sacrificator. sacrificatrix. sacrificatio. Et consécro eiusdem significationis. A quo consecrator. consecratrix. consecratio. Et execrō, quod proprie est mala deprecor. Unde execratio, deprecatione malorum. Et execrabilē, deprecabile. euitandum. Et desecrō, quod proprie est ex sacro profanum facio. et quod uulgo dicatur de grado. Plautus. Desecrare eum prius oportet, ne manus contaminem. Et obsecrō, quod significat obtestor. deprecor, & quasi sacra, ut te exorem, facio. Unde obuos sacro ueteres dixerunt, pro uos obsecro. Ab hoc obsecrator. obsecratrix. obsecratio. Et resecrō, religione absoluo. Plautus. Resecrō mater, quod dudum obsecraueram. hinc cum populum reus aliquando rogitset per deos, ut eo periculo libera-  
retur, subebat magistratus eum resecrare. Et sacerdotem, qui deo dicatus est, ad sacrificia facienda. A quo sacerdotium, ipsum sacerdotis munus, officium ue. Unde gentilicium sacerdo-  
tum ueteres appellabant, quod nunc uocatur ius patronatus. Et sacerdotale, quod est sacerdotis. Et sacrarium locum, in quo sacra reponuntur. Et sacrilegium, qui rem sacram, aut è sacro loco fueratur. A quo tale furtum sacrilegium. Sacrum enim aliquando pro sacrificio ponitur, quando substantinum est. Virgilius, Sacra dioneæ matri, duisq; ferebam. Quando uero adiectum pro uenerabili. Idem. Extulit os sacrum celo-interdum etiam pro execrando. scelesto. Idem. Quid nō mortalia pectora cogis Auri sacra famæ? Plautus, Homini quantum hominum terra sustinet sacriferm. Quod tractum est à Gallorum confuetudine. Quoties enim Massilienses penitentialiter laborabant, unus ex pauperibus sese offerebat alienum anno integrum publicis pretiosioribus cibis. Hic postea uerbenus ornatus, & sacris uestibus induitus, per totam urbem ducebatur cum execrationibus, ut in ipsum omnia ciuitatis mala redirent, & sic diu immolabatur. item sacrum quando substantinum est, pro tempore accipitur. Cuius diminutum est sacculum, dictumq; est ad imitationem græcorum, qui sacrum dicunt ἱπόρ, καὶ τὰ ἱπά templaque appellant. Paulus iuris consultus. Sunt autem sacrilegi, qui publica sa-  
cra compilarint, at qui priuata sacra, uel aediculas incustodi-  
tas tentauerint, amplius quam fures, minus quam sacrilegi me-  
rentur. A sacro etiam sacerani appellati fuerunt Reate orti,

qui ex septimontio ligures siculosq; eiecerunt, quod iure sacro nati fuissent. Veteres pro sanguis neutro genere sanguen di-  
xerunt. Ennius. Et sanguen diu oriundum. Lucretius. Vi se-  
ribus uiscis igni, sanguenq; creari, Sacrum græci ἱπόρ dicunt, hoc est hieron. A quo hierarchia sacer principatus. Et hiera, insula inter Siciliam, & liparim Vulcano sacra. Et Hieri populi ultra Sauromatas. Et Hiero rex Syracusiarum. Et Hieronymus, ac Hierotheus propria nomina, quorum alterum sacra lex, alterum sacer deus interpretari potest, Et Hieropolis, oppidi nomen, quasi sacra urbs, & per diminutionem Hiella, urbs Hetruriæ, & Hierosolyma, urbis nomen, in Palæstina. Et Hierapicra, medicamenti genus ad soluen-  
dum aluum. hoc est sacra amara nam ἱπόρ græci amarum dicunt. PER DIDIT. Amisit, quemadmodum supra diximus. Ab hoc fit perditio. amissio. Et perdite ue-  
hementer sine remedio. Et frugiperda salix, quia amittit se-  
men ante, quam omnino maturitatem sentiat. Sed huic rei natu-  
re prouidentia consuluit, quoniā depactus surculus facile,  
Et incuriosus nescitur. Nam tantum salicem tradunt au-  
thores semen ad maturitatem perferre solitam in Creta insu-  
la, atque ipso descensu speluncæ Iouis torum ligneumq; ma-  
gnitudine ciceris. Salix à saliendo dicta est, quod uel saltus,  
uel casu terre compacta statim salit, ac surgit. Salix perti-  
calis dicitur, ex qua perticæ fiunt, hoc est fustæ longiores, qui  
bus ad sustentandas uites, hoc est ad iugæ facienda, & ad mes-  
ses flagellandas, & ad alia rustica opera utimur. Plynus.  
nam salices quædam in proceritatem magnam emittunt in-  
giuinearum perticas. Idem Messis ipsa alibi tribulus i area.  
alibi equorum gressibus exteritur, alibi perticis flagellatur.  
Idem. Pertica quidam decatiuncula olivas cum iniuria arborum  
sequentis anni damno. Has iustum est cædi quarto quoque  
anno. Salix uiminalis est, ex qua uimina colliguntur has o-  
mnibus annis confodi inuentu mense Aprili. haec & amerina  
dicitur ab ameria umbria ciuitate ab Amerio sic appellata.  
Virgilius, Atque amerina parant lente retinacula uiti. Amel-  
ia uero herba est, quæ nascitur iuxta Mellam galliæ flumen,  
a quo nomen accpit. Folia salicis contrita, & poti intempe-  
rantiam libidinis coercere dicuntur, atque si sèpius sumantur,  
uism eius in totum auferre. A salice salignum deductur, quod  
è salice est, sicut acernum, quod ex acere. Et abiegnum, quod  
ex abiete. Et salicetum seminarium salicum, quod & sali-  
ctum per synopen dicitur. Virgilius, Hybleis apibus flo-  
rem depasta salicti. Et salicastrum, genus labruscæ in sali-  
ctis nascens. Nam labrusca est, quæ a græcis ampelos agraria,  
hoc est uitis agrestis appellatur, spissis & candicantibus fo-  
lijs. geniculata. ramoso cortice. fert uinas rubentes cocti modo,  
quæ citem in face mulierum purgant. Quidam hanc tra-  
muntiam uocant. Vitis alba est quam græci ampeloucen uo-  
cant. alijs staphylem. alijs molothron. alijs philotrum. alijs arce-  
fostin. alijs cedrofin. alijs madon. huius sarmenta longis, & exi-  
libus internodijs geniculata scandunt folia pampinosa ad ma-  
gnitudinem edere, dividuntur ut uitium. Radix alba gran-  
dis, raphano similes initio. Ex ea caules affarag similitu-  
dine excunt, qui decotti in cibo aluum, & urinam cident. Est  
& nigra uitis, quam quidam ampelomelanam. alijs bryonia-  
nam. alijs chironiam. alijs gynanthem. aut aproniam uo-  
cant, similis priori, præterquam colore. A staphis agraria, si-  
ue staphis uitis est caulinis nigris, rectis folijs labruscæ,  
fert foliculos uerius, quam actinos uirides. similes ciceri, in  
his nucleus triangulum maturescit cum uindema.  
FVGAM. Cursum, de quo supra diximus. IM-  
PLICITAM. Ipse implicitus, hoc est innexus, in-

volutus implicare enim inuoluere, & irretire est. Plautus, Hæc meretrix miris me implicavit modis. Sed de hoc superius differimus. V I S C O, Rete-Retia longis temporibus ad auium duntaxat auciaria in usu fuere. Postea imperatorum ferè temporibus dum uenationum spectacula populo aedebat feris quoque ea adhibere coepерunt. Martialis, Pulcher adest onager mitti uenatio debet Dentis Erithraei iam remouete sinus. Per sinus enim retia intelligi manifestum est. Quippe sinus propriæ pars illa dicitur, quæ est intra pectoris, brachiorumq; complexum. Unde fit sinuo uerbum, quod est curvo, flecto. Hinc sinus uestium appellati, quales erant tunicae Romanorum, & nunc sunt quorundam religiosorum supra cincturam laxitas illa uestis, quæ cingulum operit. Et per metaphoram sinus vocantur litora curva, & quasi brachijs mare amplectentia. A quo circuitus ipsa sinusatio dicitur, & sinus attim aduerbiu[m], quasi per sinus, & sinuoso[m] mare, quod multos habet sinus. item sinus, quicquid sinus facit propter laxitatem, ut sinuosa uela, quæ uentis flantibus curvantur, & sinus faciunt. Ponitur etiam pro orbe oculos amplectente, hoc est pro palpebris. Virgilius. Sinum lacrymis impletum abortis. item pro quacunq; refluente ob laxitatem, atque capaci. Inuenia. Fata regunt homines, fatum est in partibus illis. Quia sinus abscondit. unde & retia sinus vocantur. idem. impletumq; sinus. Sinus etiam prima producta, uasis genus est sinusum. sicut galeola. Virgilius, sinus lactis, et hæc te liba Priape quo tannus Expectare sat est. Virgilius. Bi erat uinum positum in mensa, aut galeola, aut sinus. A sinus fit etiā uerbum insinuo, quod proprie significat coniungo, & quasi in sinum committo. Sienna. Agmen perturbatum peditis insinuant, ac loco commouent. Iustinus. Cui se celeriter officij comitate, & obsequendi gratia insinuauit. Hinc per metaphoram insinuare dicimus, non aper te, & simpliciter rem exponere. Sed latenter in animum audi entis ueluti in sinum, id quod uolumus muttere. A quo insinuatio apud rhetores appellata, quæ exordij pars est, et ita à principio distinguatur, quod in principio est recta benevolentia, & actionis postulatio, quæ esse in turpi genere cause non potest. insinuatio subrepit animis, uel quia res sit improba, uel quia ab omnibus parum probetur. Quod uiscum pro rete usurpauerint ueteres, testatur Nonius Marcellus. viscum inquit positum aliquando pro rete reperitur à tenacitate. Testatur Varro, Cuius ipse testimonio uitetur. Lepusculi timentes, hoc quadrangulum dedunt se in rete. Sic fugere uiscum ne quiuerunt, lineamq; compedem. Testatur Virgilius. Tum laqueis captare feras, & fallere uisco, inuentum, & magnos canibus circundare saltus. De feris enim hic proculdubio Virgilius loquitur, non de aubus. Nec recte sentit Seruus diuisum esse sensum, & quod dicit laqueis captare feras ad uenationem pertinere. Quod uero ait fallere uisco ad auciarium. mox enim poeta ipse subiungit, & magnos canibus circundare saltus, quod ad uenationem pertinet ferasq;. Auium autem nullam hoc loco facit mentionem. Sic igitur Virgilius laqueum, & uiscum nominauit, ut Varro uiscum, & lineam compedem. Hinc aliqui, quos Seruus reprehendit, ui quadam ueritatis impulsu, quoniam uiscum pro rete à ueteribus usurpari solitum ignorabant, & tamen non de aubus, sed de feris loqui Virgilium non dubitabant, pro uisco uiscerationem interpretati sunt. in non minorem mihi uidentur errorem lapsi, quoniam cum carnem significare uolumus, uiscus uisceris dicimus, non uiscum uisci. Ouidius. Heu quantum scelus est in uiscere, uiscera condit. Alteriusq; animantem animantis uiuere leto. Lucretius. Uisceribus uiscus gigni, sanguenq; creari. Sed in huc errorem lapsum fuisse Nonium Marcellū eo magis admis-

ror, quo pro rete dici piuiscum et legerat, et notauerat, nisi forte posterius hoc legit notauit qd supra diximus, et oblitus ē retractare, qd si pius ita scripferat uiscus positiū prouiscere. Lutcre. uisceribus uiscus gigni, sanguenq; creari. Virgi. Tum laqueis captare feras, & fallere uisco, id est tractu uisceris. Sic autem pro rete uiscum usp[er]panus à retinendis feris, quem admodum pro arboribus capimus retas, quod naues retineant tanquam retia. Sunt enim retæ arbores, quæ aut ex rupiis fluminis eminent, aut in aliis eorum extant, a rebus appellatae, quod prætereunt naues, quasi irretire videantur. Icaro flumina retinenda locri solent, id est purganda, nequid moræ, siue periculi nauibus in ea uirgulta incidentibus fiat. Rete à raritate deductum diximus, teste Varrone. à quo reticulum, de quo superius locuti sumus, & irretio uerbum, quod signifi cat retineo, capio. & irretio dicimus fraude aliqua, aut bladitijs, aut dolo quasi rete captum. uisca tria sunt genera. unum in abiete & larice nascent, quod cassini dicuntur. Alterum in euboëa, quod stellis. Tertium in aradia, quod hyphear. uiscum in queru[er]o. robore. ulice. primo sylvestri. Terebintho, nec ullis alijs arboribus nascitur. Copioſſimum in queru[er]o, quod dryos hyphear vocant. Satam nullo modo nascitur. nec nisi per alium auium redditum, maximq; palumborum, & turdorum. Hæc est enim uisci natura, u[er]o non proueniat nisi prius in uentre auium maturatum fuerit. Altitudine arbusculi cabitu[m] non excedit. uiscum sit ex acini, qui messium tempore immaturi colliguntur. Nam si umbres accesserint, ampliudine quæ dem augentur. uisco uero marcescunt. Sicutantur deinde, & ari di tunduntur, ac conditi in aqua putrescant duodenis ferre diebus, & unum hoc ex omnibus rebus putrescendo gratiam inuenit. inde in profluente rursus malleo tisi amissis corticibus interiore carne lentes sunt. Ho[u] uiscum cum libet insidias moliri aubus, juglandis oleo subigitur, aut si aues aquaticæ sint, & in aqua uiscum debeat ponì, larido siue altero pingui. Nil habebant druides uisco, & arbore in qua nascatur, sacratus. hi magi gallorum erant in omni quippe gallia eorum hominum, qui in aliquo essent honore, duo genera erant. nam plebs pene seruorum habebatur loco, qui nihil habebant per se, nulli adhibebantur consilio. Plerique cum aut ære alieno, aut magnitudine tributorum, aut iniuria potentiorum premebantur, se in seruitute dicabant hominibus nobilibus. In hoc eadem omnia iura erant, quæ dominis in seruos. Sed horum duo genera erant. Alterum druidum. Alterum equinum. illi diuinis rebus intererant, sacrificia publica & priuata procurabant. Religiones inter pretabantur. Ad hos magnus adolescentium numerus discipline causa concurrebat, magnoq; i apud eos erant honore. Nam ferre de omnibus controversis publicis, priuatisq; constituebant. Si quis aut priuatus, aut publicus eorum decreto nō stetisset, ei sacrificiis interdiabantur, haec pena apud eos erat. Quibus ita erat interdictum, i numero impiorum, ac sceleratorum habebantur, horum conuersationem, sermonemq; omnes fugiebant, nequid ex contagione incommodi aciperent, neque ijs potentibus ius reddebatur, neque honos ullus communicabatur. Omnibus aut druidibus præcerat unus qui summam inter eos habebat autoritatem. hoc mortuo, aut si quis ex reliquis excellebat dignitate, succedebat. aut si plures erant pares, suffragio druidum. Non nunquam etiam de principatu armis contendebant. His certo anno tempore in finibus Carnutum, quæ regio totius galliae media habetur, cōfidebat in loco cōsecrato, huc oēs hundijs, quibus aliqua controuersia erat, cōueniebant. et druidū iudicij, decretisq; parebat. Eoru disciplina in Britanniâ repta, et ide in gallia translata fuerat. druides à bello abesse cōsueverat, neq; tributa una cū religiis pēdebant.

Vacationem militie omniumq; rerum habebant immunitatem. Hi ergo roborum eligebant lucos, necnulla sacra sine ea frō deconficebant. unde & ἀπὸ τῶν θρύλων, hoc est à quorum druides appellari existimantur. Quicquid ijs arboribus ad nascatur, ē caelo missum putabant, signumq; esse, quod ea arbor à deo electa esset. Reperitum ergo in ea uisum magna religione petebatur. Sacrificio epulis rite sub ea arbore preparati duos admouebant candidi coloris tauros, quorum cornua tunc primum uinciebantur. Sacerdos candida ueste induitus arborē standebat, falce aurea demetebat uisum. Candido id sagū exapiebat. tum denūm uictimas imolabat pre cantes deum, ut donum suum his, quibus daretur, prosperum faceret. Fecunditatem cinquaque animalium sterili eo potu p̄eberi arbitrabantur. Contraq; omnia uenena esse remedio. A uisus uisus deditur, quod tenax significat, dictiorq; etiam uisadū. & inuisio, quod est uisus inficio.

**SPLENDIDA.** Lucentia. Ob candorem ferri. Splendore luquare est. Hinc splendor solis. Ponitur tamen per metaphoram pro deore. dignitate. gloria. Vnde splendorem nominis. splendorem familliae. splendorem uirtutum. splendorem rerum gemitrum dicimus, hoc est claritatem. & splendidus. fulgens. clarus. & splendide aduerbum, clare. Quidam etiam splendescit usurpat. Apuleius. Cum iam aurora splendesceret. & splendophorus, nomen proprium ex græco, ac latino compositum, quasi splendorem ferens. & compositum resples deo.

**CESSENT.** Desistant ab opere, reponantur.

**TECTO FERRO.** In uagata recondito, quod in uenabili, atque alijs huiusmodi telis sit, ne rubigo incessat. **LANCEA.** Teli genus omnium longissimum, à græco nomen habent. Quippe græc. λόγχη lanceam dicunt. à quo λοχόπεπτον lancearium. Post lanceam inter tela longior est materis. Sennæ. Galli a materibus, sicut latus configunt. id. Alij materibus, aut latus medium perturbant agmen. A' lancea fit lancinu uerbū, quod est ferio. lacero. Plynii. Est & uolucrē canibis peculiarē malum, aureis maxime lananans, quæ defendi morsū non queunt. Solinus. In Asia locus est, quo primo aduentus sui tempore cionia aduolante, & eam quæ ultima aduenerit, lancinant uniuersæ.

**TORTA.** Emisa, taculata. Virgilius, in medios teluum tortis primus achiuos. de quo supra diximus. **EXCVSSA MANV.** Mota vibrante manu. Excute enim proprie mouere est. Cicero. Ex plu, atque excute intelligentiam tuam. Plautus. Excute dum palum. Per metaphoram tamen aliquando pro emittere actiuitate. Virgilius. Excussus A contess fulminis in morem. Aliquando pro deijcare. idem. Excutimur cursu, & cæcis eramus in undis. idem. Magno si pectori possit Excussisse decum, tanto magis ille fatigat. Hinc excusores equi dicuntur, qui sessorem deiuant. Plynii. Excusso Circensis auriga, currisse excusores constat, & primatum obtinuisse. & excusso, electio. Veteres aliquando excet per synopen pro excutier scriptere. Composition autem excutio est ab ex intentia praepositione, et quatio, quod similiter proprie significat moueo. Virgilius. At uero ingentem quatius Me Centius hastam. Sed per metaphoram modo pro concilio posuerit. id. Quadrupedante putrem sonitu quant ungula campum. Modo pro infesto. idem. Aut rāstris terram domat, aut quatit oppida bello. Modo pro ejcio, sive excludo. Terentius. Nimirum homo quatietur cum dono foras. Ab hoc sit frequentatium quassatio, quod simili modo significat moueo. Plautus. Qui suam undantem chlamydem quassando fecit. Nonnunquam ponitur pro concilio. Virgilius. Quassat & q; rates dum nō tractabile cœlum. Ab hoc sit quas fabundus. Plautus. Caput modo quassabundus exiuit doma-

item à quatuor composita sunt percusio, quod ē ferio. A' quo percusso, qui ferit. & aliquando pro carnifice ponitur. & percusso, iclusus. Decutio, demeto, excido. Plynii. Ramorum summa quæq; decutientur. à quo decutio. decusso, incusio, quod est iniūtio. Virgilius, incute uim uentis, subuersuq; obire puppers. à quo incusso. & incusso. incussum lapidem. Virgilius uocat molam manualem. lapidemq; reverens incussum, aut atræ massam pīcis urbe reportat. Succusio, quod est concusio, & non tam in usu est, quam eius frequentatium succusso, diciturq; proprie de equo qui gradario contrarius est. hoc est concutendo sefforem gradit. & equus ipse succusso appellatur. & succusso equus, & succusso, & succusso ipsa agitatio, quæ & succusso uocatur. Accus. Agite, ac equus ne succusset. caute ingredimini. Luci. Successoris tardi, variq; cibali. idem. Campanus sonipes successor nullus sequetur. Talis gressus succusatura appellatur. E' contrario gradarius, ut superius ostendimus, est equus, qui molli gradu, & sine succusatura incedit. idem. ipse equus non formosus, sed gradarius optimus est. Tolularius uero equus uocatur, qui non uoluntari motu incedit, sed molli alternoq; crurum explicatu ueluti currēns, quod arte facere traditur. Hic asturco quoque appellatur ab asturia gallicā gente, quæ huiusmodi equos præstans olim habebat, naturaliter sic gradit, quemadmodum nunc Britānia. Martialis. Hic brevis ad numerum rapidos, qui colligit unguis, & emit ab auriferis gentibus astur equus. Tolularij autem à pedum uolubilitate dicuntur, quasi uoluntari. Vnde tolutum aduerbum, quasi uolubiliter. Plautus. De manu hercle de hordeo, nō tolutum uadas. Varro. Ut equus, qui ad uehendum est natus, tamen hic traditur magistro, ut equis so doceat tolutum currere. Plynii. Asturones sunt, quibus non uoluntaris gradus, sed mollis alterno crurum explicatu glomeratio. Vnde equus tolutum carpere incursus traditur arte. Iulus Mopsus. Quantum tolutarij equi succusso distat. Hinc etiam tolutum loqui homines dicuntur, qui uolubilitate quadam utuntur, & tolutiloquentiam pro sermonis uolubilitate ueteres usurparunt. Neuius. O pestifera trux acerba tolutiloquentia. Discusio, quod ex animo inuestigo. Vnde discussum dicimus, quod exanimatum, aut iudicatum est. & aetius ipse discusso uocatur. & discusso, qui discutit. Concusio, commoneo. à quo concusso. Vnde conquisso frequentatum. à quo conquisatio. Sunt qui conquinisco quoque, & obliuiscor. à quatuor deducta existimant. significatq; indignor. Plautus. Facendum est puerile officium. conquiniscam ad cistulam. Priscianus. Conquiniscere inquit, est caput quassare. sed & hoc indignantis est. **DEPRENDAT VACVO VENATOR IN AERE PRAEDAM.** Sensus est. Si feræ capiuntur retibus, aut aues, capiantur etiam in aere, ut solent auiculae comprehendendi. **ARTE AVCPIS.** Tendendo uisum, hoc est retia. Auces, quid sit, supra diximus, à capiendis auibus dictus. Auis proprie est omne genus uolucris, quod ova parit, pennisq; decoratum est, præter unum uespertilionem, de quo supra diximus. Deductur autem ab aduentu, quod singulis annis aues adueniant. vel auis dicta, quasi sine via, quod qua via ueniant nemo intelligit. Ab auis auicula deducitur, parva auis, & auiculum locu, in quo aues domi educantur. Aliquando etiam secretum nemus, quod aues frequentant. Virgilius. Sanguineq; inculta ruuent auicula bacis. & auicularius, qui auicario præest, & aucepis. auiculum. auiculor. auiculator. auiculatio. augur. augur. augurium. auguraculum. auipex. auipicum. auipitor. auispicatissimum. augustus. augustissimum. auguste. de quibus superius differimus. item auernus, de quo dicimus inferius.